

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Capvt VI. Sexta Christi morientis cygnea modulatio: Consummatum est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

impunè id laturos, si Dario regi luberet utilissimum
in rem consilium audire. Scythas nocte proximâ motu-
ros castra. Quod si Persæ per viarum compendia se du-
cem sequi vellent, hostem imparatum die unico debel-
lari posse fini illâ clade. Parato igitur commeatu Ris-
tentoris septem diebus comitantur per vastas solitudi-
nes. Tandem Chilarchus Rhanostates subdoratus
dolum, Cur, inquit, Regem magnum fallere conatus
exercitum in arenas fontium & aquarum sterillissimas
deducis, ubi nec progrediendi datur facultas nec regre-
diendi? Ad ea Risaces comploris manibus in rîsum ef-
fusus, Ut à cibivis meis, inquit, periculum depelle-
rem, Persas fame ac siti necare volui. Dixit, & terrum
jugulo recepit.

Quantus animus in hoc homine ! Ut meos, inquit, servarem, meipsum perdi. Quid nos audemus pro Regis summi honore ? quid patimur, quid conatur pro animalium salute ? Christus atrocissime vulneratus situm toleravit, crucis tormenta subiit, pro sua gente caput devorit, &erbissimum mortem pertulit. Quid nos, Christiani, quid agimus ? quia siti ferimus in hominum salute ? Gregorius Magnus, Nullum, inquit, omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animalium. Beatus Ambrosto teste, qui zeli noverit disciplinam, & oderit eos, qui Domini gratiam relinquentes salutem propriam deierunt, & errorem sibi fraudis adsciscunt. Quae Richardus Victoria confirmanus, Nescio, ait, an manus beneficium posuit homini à Deo conferri, quam ut per ejus obsequium illi consenseretur salutem, si tamen homo Deo cooperetur ex charitate.

III. Sitis alpiciendi Dei accendenda. Beatus qui quavis non tantum die, sed & horâ suspirans ait: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sicut anima mea ad Deum fortè* virum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Heu mihi quia incolatus meus prolongetus est. Tam sanctos gemitus dissertatione longâ commendans Augustinus, Hec miror, inquit, hec laudes, sed eum qui fecit hac, sitio. Hac siti laborabat Paulus, cui dissolvi & esse cum Christo multo melius. Quando quisque probior, tanto siti ardentiore vociferatur quotidie. Sitio, sitio Deum vita fontem.

voceatur quotidie, Sitio, nro Deum vita fonte.
Quid quoque dulcedinis in hac aceti & abfynthii val-
le nos deriner? Non multis abhinc annis vinariam cel-
lam ingressus quispiam copiosum fatis, sed acidissi-
mum vinum invenit. Honoris causa libare iussus nobis-
lissimum nectar. Vix ille labris primoribus temerum
illud gustans, O viri, ait, quanta virtutis hoc mulsum esse
dicam: Quanta, ajunt. Quibus ille, Nemini umquam,
ait, persuaderit ebrietatem. Non vinum, sed acetum est,
ad temperantiam docendam aptissimum. Talis hic or-
bis est, nusquam non acetum, fel, myrratum ingerit. Et
tamen vappam amarissimam ore avido haurimus; in-
gens vita amor est, misericordia nostris pascimur, dulces est
vivere vel in ipsa cruce*. Amarus est mundus, & ama-
tur, si dulcis esset, quantos haberet amatores? Aquam
propinat mundus turbidam, qui biberit ex hac aqua, stet-
iterum. Christus expirat sitiens, ut sub ipsam mortem
ostendat, hic nulla re sitim expleri. Sitiamus igitu-
perennes vita fontes, qui quorumcumque desiderio-
rum situm restinguunt.

Illa IV. Sitis illa multo pessima, sitire libidines, honores, opes. Hæc sitis complet inferos inquillini. Hieremias vates interrogans, Quid tibi viæ, inquit, in viâ Ægypti, ut bis aquam turbidam? Illud humanae nequitiaæ terrerimus est austarium, non peccare tantum, sed cupere amplius peccare, & velut sitire noxas. Hic lucis aliquid allucet ad quæstionem illam numquam satis explicandam: Cur Deus letale peccatum vel unicum cruciatis puniat sempiternis. Hic istud causæ stricte afflignamus. In præmis & suppliciis rependendis Deus non peccata tantum facta, sed sitim ad facienda spectat. Exemplo, quod dicimus, monstramus. Moritur quis annos triginta.

ta natus, & juro vitam finiit, quia peccare non desinit: si quis puniat
quinquaginta, si sexaginta, si septuaginta vixisset, totidem
peccaster annis. Si centum, si mille annis vixisset,
annis mille peccasset: si perpetuum vixisset, perpetum peccasset.
Quia enim, mi homo, in te peccandi fuit aeterna,
calicem furoris Domini aeternum bibes. Maturè igitur,
quisquis es, hanc scim, extingue Christi Sanguine.

CAPVT VI.

Sexta Christi morientis Cygnea modulatio:
Consummatum est.

I Mago Christi, patientissimus virorum Jobus fuit. Jobus fuit
De Jobo Apostolis Jacobus, sufferrantem Iob audisti, imago
inquit, & similem Domini ridisti. Jobus archetypum Cl
sti. Vir iste pecus omne, omnique facultates perdidit:
nec Christo quidquam relictum, ipsa etiam vestes ab
repta, scissa, sorte divisa. Jobi decem liberos una do
mum tuina sepelit: Apostolis Christu liberis chariores
habuit, sed eos illi omnes fuga abstulit. Ecce venit hora, Ioh cap 16.
& jam venit, ut dispergami unusquisque in propria, & me vers. 32.
solum relinquati. Jobus ulcere pessimo percutiis à plan
tâ pedis usque ad verticem ejus: flagellis Christus crut
delissimè coagulatus, merum vulnus videri potuit. Jo
bus tam ab uxore quam cognatis, criminatione ac con
vitiis vexatus, hypocrita, leo, tyrannus, tigris appellatus:
Christus à Synagogâ & Iudeis, à gentibus & omni ge
nere hominum in cruce irrisus, feductor, malefactor
appellatus. Non morbis tantum Jobus, sed morboribus
& angustiis variè affletus: in horto Christus cœpit pa
vere, tredere & mortuus esse; in cruce se derelictum à
Patre suclamavit. Ut Jobum modis omnibus torqu
ret, artes suas omnes & vires explicavit diabolus: hic
idem Christum ut iratus leo agnellum aggressus, om
nem populam in eum concitat. Adeò ab omnibus
deseritus fuit Jobus, ut ad finem demique pervenerit:
Christus omni auxilio adeò desitus, pro maledicto à
tantis habitus, ut eum publica Præsidis tentation in cru
cem ablegarit. Humilitas & patientia Jobi, licet Prin
cipis, imò Regis, summa fuit: Christus Rex regum, Hu
militas ipsa, ipsa fuit Patientia. Jobus in extremis mis
seriis & doloribus septennium exigit constantissimè:
Christus à primo vita momento, ut suprà demonstra
tum est, ad annum usque trigesimum quartum in cru
ce fuit, dum dicere potuit, Consummatum est. Hoc sextum
Domini pronuntiatum jam è, quâ copimus, metho
do explicabimus.

§. I. *Consummationis hujus parabolæ.*

Cum ergo, inquit Joannes, accepisset IESVS acetum, Loc. citato.
dixit, Confusum est. Calix amarissimus una
cum faecibus est exhaustus. Dixerat Christus: Baptismo
Luc. cap. 12.
vers. 50.
N. n. habeat

habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum perficiatur. Sanguineus hic baptismus jam ad finem deducetus, jam perfectus est. Ultimam manum opus recepit. Ad finem dolorum ventum est. Mercenarius qui tulit pondus diei & astus, cum vesper adest optatus, suaviter respirat, in oculis est denarius diurnus. Agricola cum segement demeslam feliciter mandavit horreis, triumphat & fibimet applaudit. Vinitor cum vincentia jam soluta in dolis vinnit, spumat, latus cantat. Peregrinus itinere consecuto, in via termino hilaris pausat. Orator pronuntiat oratione, hanc epilogi nequit clausulam: Duxi. Vide mercenarium fidelissimum, qui non tantum plurimorum dierum, sed tot annorum pondus & astus pertulit. Vide agricultor filium de messe securum, qui

Ioan. cap. 15. vers. 1. de seipso fassus: Pater meus agricola est. Vide te vinitorem, qui toscular calcavit solus. Vide peregrinum, qui exiuit a Patre, & venit in mundum, iterum relinquit mundum, & vadit ad Patrem. Audite oratorem dexterissimum, cuius omnis vita oratio fuit pulcherrima. B *Ioan. c. 16. vers. 3.* Vita Christi. Oratio exordium dies Natalis; Narrationem orationis dederunt Evangelia; Confirmationem apposuerunt miracula; Epilogum & perorationem subjunxerunt crucis tormenta. Jam dicere licet, Duxi, Consummatum est. *Ioan. cap. 19. vers. 22.* Dixerat Iesus, orthographiae sua tenax, Quod scripsi, scripsi. Christus aquiori jure dixerit, Quod dixi, dixi. Nec litterula, nec syllaba, nec apex aut punctulum deest huic operi addendum.

Consummatum est iam vetus Testamentum, longum per tot umbras prologium. Gaudeamus plurimum nos liberatos a iugis, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus, uti Petrus in Apostolorum senatu loquitur. Et fateatur Paulus: Nihil ad perfectum adduxit lex. Omnia Synagogae erant operis imperfecti. Nunc opus hoc exasciatum, Consummatum est.

Consummatum est aedificium grande præcelsum, Gen. cap. 11. cuius culmen pertinet ad celum. Auctor omnium sex diebus orbem condidit, die septimo ab opere quietivit. Ita Christus hanc structuram editissimum die sexto finit, in sepulchro interquevit septimo. Noëmus annis centum fabricavit arcam. Operosa sanè ac diuturna fabrica, quâ solùm octoni homines cum collecto pecore servabantur. Aedificium Christi fuerat quidem minoris temporis, sed molis longè majoris, jam Consummatum est.

Hic repeto, quod crebrius imprimendum alto petitor. A primo vitæ momento Christus in crucem actus est. Nam eo ipso temporis puncto, quo Dei Filius in utero virginio hominem induit, mandatum à Patrecepit, pateretur se crucifigi, ut iustitia divinae crucis fieret. Ad quæ utique Christus suum illud subiunxit: Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Ita mihi Pater. Sic in utero matri factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Hoc Paulus ipse confirmans, Ideo, inquit, ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisse; corpus autem aptasti mihi; holocaustum & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deum voluntatem tuam. Ab hoc igitur momento Christus futuros cruciatus suos omnes, flagella, spinas, crucem, clavos, plagas omnes, ludibria, dolores universos in oculis semper habuit, & ita, si probè ratiocinmur, tringita quatuor annis in cruce pendit. Nos verò ut iumentum molarium, aut fullonicum cæcum alia atque alia patinur, ignari meridie quid passuri simus vespere. Bonum nobis nescire seriem miseriatur nostrarum, nec prævidere posse quid postera, quid ultima ferat dies; paullatim aliud ex aliis nos tangit malum. Idcirco Christus, Nolite, inquit, solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit dies malitia sua. Ipse verò Servator sua simul omnia præviderat tormenta; hinc longissimum crucis cruciamentum pertulit. Septennii periodo suas Jobus clausit ærumnas. In annos

A quatuor & triginta suos Christus extendit dolores. Tandem omnibus ad finem perductis dixit, *Consummatum est*, prælum ingens adversus peccatum, mortem, diabolum. Hos hostes ita subnervavit & vincit, ut ab iis ledi non possit, nisi qui proprius accesserit, & ledi velit.

S. II. Consummatiōis hujus adumbrantes historiæ.

C Vm Athenienses, Suidā teste, contra Medos Per-Suidā monius licet letali vulnere affectus, Athenas tamen eo ipso die pervolavit, & in senatu, qui eo ipso tempore confederat, proclamavit, *Mέτρα χειρες γνωσθει*. Gaudio gaudent, vicimus. Hec ubi dixit, collapsus humili obiit. Si summa imis licet conferre, Christus nūtians victoriā, Consummatum est, inquit, & inclinato capite tradidit spiritum. In rem præsentem dixit Guerricus Abbas: *Genua suffertent ibi sunt usque ad redditum substantia suffertent*. Domini usque ad exitum vite. Consummatum est.

Jam omnia qua præcesserunt sacrificia, imagines, figuræ, vaticinia, oracula suos habent exitus. Christus iis omnibus & singulis quasi subscriptis, Consummatum est. Passus Christi ac morientis effigies & apographum fuerunt, Iris in nubibus depicta, Abel à Caino interficiens, Noëmus arcâ clausus, Isaacus à patre immolandus, Jacob hædinis pelliculis textus, Jósephus à suis fratris tribus in Ægyptum venditus, Serpens aeneus in deseris locis conto suspenitus, Goliathus Davidis filie dejectus, Rex David urbe pulsus trans torrentem nudis pedibus & flens egressus. Quidquid igitur David, *Iaia, Daniel, Zacharias, aii de Messia ignorantes & aeternâ morte predixerunt, id exactissime impletum, Consummatum est.

Jam proclamari potest, Ite, licet: Sacrificium certe omnibus sacrificiis adumbratum, jam absolutum est.

C Vnâ enim oblatione, inquit Paulus, consummavit in sempiternum sanctificatos. Quod & beatus Leo suaviter insti-

tans, Crux tua, inquit, omnium fons benedictionum, omnium sc̄. *Lect. 10. 10. 10.* est causa gratiarum; per quam credentibus datur virtus de in- *de prof. 10. 10.* firmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Nunc etiam car- *magis. 10. 10.* monia sacrificiorum ritu cessante, omnes differentia hosti- *ad. 10. 10.* cum una corporis & sanguinis tui implet oblatio; ita universa in te perfici mysteria, ut sicut unum est pro omni victimâ sa- *missa. 10. 10.* crificium, ita unum de omni genitâ sit regnum. Missa sacri- *missa. 10. 10.* cium & res divina, Christi particeps est memoria, prout emblematis dominus. Hoc facite in meam commemorationem, eli Chal- Christus Pontifex summus ad vestiendum sese sacra- *patiens membra. 10. 10.* rium est ingressus, cum hominem induit, habitu inventum *Lect. 10. 10.* ut homo. Introitus sacri, dies natalitus Domini, quo pri- *ut. 10. 10.* mam vocem emit similem omnibus ploras. Hymnum Glo- *Plat. 10. 10.* riæ in excelsis, cantarunt Angeli. Epistola, Christi do- *10. 10.* cedit. Elevationem erecta crux in monte præsignificavit. Agnus Dei ab iis memorie proditus, qui percutientis *Lect. 10. 10.* pectora sua revertebantur. Canamus nunc: Ite missa est. *10. 10.* Consummatum est.

D Suum era membris omnibus singulare tormentum. Nec venula si subducere potuit dirissimis doloribus. Caput vepribus perforatum, capilli vulsi, facies fupis & colaphis feedata, oculi spectaculus mortissimi crociati, aures saturatae probris, nares fætoribus affectæ, manus & pedes perfoſi, corpus concisum flagris, fimbriis extentum. Sola poterat videri lingua dolorum vacua, sed & illa denique acero, felle ac siti luctuosa. Ideo cum accepisset acerum, dixit: Consummatum est.

Ita Medicus noster pro nobis omne austerioris medicinae imperium exhaustus: dietam, sudorem, phlebotomię amarissimam, ad radicem morbi tollendam non

non respuit. Dieq̄a usus, jejunium quadragintadiale iniit. Sudavit in horo, & quidē sanguine. Prætorum Pilati missionem sanguinis exceptit. Acetum illi mons Golgotha ministravit. Curatio expleta, *Consummatum est.*

§. III. Christi consummatio absolutissima, nostra vix illa perfecta.

Non habuit humana nequitia, quō progrederetur amplius, quām ut ipsum aggressa Deum, Dei filium sufficeret cruci. Ergo, quod David dixit, *Consummatur nequitia peccatorum.* Ergo quod dixit Christus, *Inplete mensuram Patrum vestrorum.* Nequitia magna, innocentem; major, benefactorem; maxima, Deum occidere. Judas improbus servus suum Dominum, discipulus Magistrum hostibus obiecit. Judæi suum Messiam, orbis suum conditorem neci dedit. Hæc nequitia meta. *Consummatum est.*

Quidquid providentia & justitia Dei ab omni ævo ad humana gentis libertatem spectans decreverunt, id omne jam ad amissim, ad ultimum, ad unguum consummatum est. Clarissimè prædictum ab ipsamet Veteri Testimoniis, *Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia sunt. Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummationem eam quam capi tenere, non deseram.* Sed multò mollius in fimo federat Jobus, quām in cruce pendebat Christus; neque Ius Golgotha factor defuit. Nos

Amici Jobi amicos insigniter representamus. Suum illi cognatum initio non noverant: Cūque elevaverunt procul oculos suos, non cognoverunt eum. Ah, quoties Christum crucifixum vel digitu monstratum dissimilamus nosse?

Consummatio humana perquam rara, & plerumque virtuosa. Homini innoxiam aliquam, præstatum in libidinem pruriēti, Christum in cruce pendente monstra, & interrogā, num virum illum noverit? Ille aversis aliorum oculis reip̄a negabat nosse, & furente cursu ad definatum properabat nequitiam. Si Christum crucifi-

xum nosset, Christum sibi etiā non rursum crucifigeret, & ostentui haberet. O perfidos amicos, qui amissimum sibi nec nosse quidem volunt! Deinde illi Job cognati disputare magis venerant, quām solari. Unde non mitesceret morbus & dolor, sed aggravesceret.

Hinc illa Jobi querimonia: *Consolatores oneroſi omnes vos efficiuntur. Numquid habebunt finem verba ventosa? Tales nos amici sumus, homines miserationis exiguae, & circa mores emendationis perquam rara? Nihilominus hic nosser amicus in ligno fixus, ab innocentia suā non recedit, & cœptum in nos amorem non definit, jāmq̄e in*

ipsā cruce canit: Consummatum est. Consummata est, inquit beatus Leo, proditio discipuli, negotio Petri, damnatio Pilati, aversio populi, crucifixio Filiū Dei. Consummata est innoxia. Scriptura impletur. Synagoga moritur, Ecclesia nascitur, voluntas Patri perficitur. Cum Bernardo iam iure dicerim: *Quām duliciter, Domine Jesu, cum hominibus conversatus es! quām abundanter humana redēptionis opus consummasti! quām perfectè voluntatem Patris expleyiſt!* quam fortiter tam indigne, tam aſpera & dura pro hominibus passus

Ambro. 10.3. es! dura verba, duriora verbera, durissima supplicia. Acetum, in cap. 23. Ambroſio teste, bibitur, viuum cum felle non bibitur; non quia ſel, ſed quia admixta vino amaritudines recusanter. Sinceritati namque non debuit amaritudine miferi, ut offendetur

sue amaritudine immortaliitas resurrectum futura. Benē ergo ad consummanda omnia acetum bibitur, corruptio sinceritatis hauritur, ut omnia que vitia fuerant, cruci affugerentur.

Edu. 6. 29. Sitacidez verbis merito monecum: *Gratiam fideiſſoris (tui) ne obliviſcaris;* dedit enim pro te animam suam. Ita dedit ut perfectissimè omnia de se vaticinia implētur, dum ad

Tom. II.

A crucem ipsam suo corpore vediādam Patri obsequentiū fuit. *Consummatum est.* Hic quivis animo ardenti apud seipsum statuat: Malo mori, quām Deum sciens volens offendere, servitum Christo debitum consummabo.

Valerius factum narrat memoratū dignum. C. Mæ- Valer. lib. 3. vius, Centurio Auguſti Imperatoris, cū Antoniano 8. fine, ante externa. bello ſepennerō excellentes pugnas edidisset, impro- viis hostiā insidiis circumventus, & ad Antonium Alexandriam per iuctus, interrogatique, quidnam de eo statui deberet. Jugulari me, inquit, jube, quia non laetus beneficio; nec mortis supplicio adduci possum, ut aut Cæſaris miles definam, aut tuus esse incipiām. Quod constantiū vitam contempſit, eō faciliū impetravit. Nobilis animus & generosum confitanciæ propoſitum. Hoc nimurū est Duci servare fidem. Ita quilibet Christiani sanguinis cum animo statutum habeat: Ego de- cies, ego centies, ego milles malo mori, quām à Chri- ſtō meo aversus in istud, aut illud, aut aliud crimen pro- labi. Nec vita beneficio, nec mortis supplicio adduci potero, ut aut Christi miles esse definam, aut incipiām esse diaboli. Nec caro, nec mundus, nec totus cacodaemonum exercitus, à Christo meo me avellent: Jurata fidem explebo, inchoato opus consummabo.

§. IV. Omnia denique consummantur: Consummatio Christi liberalissima.

R Ex David omnium rerum exitus considerans, Om- Psal. 118. ni, inquit, *consummatio vidi finem.* Quidquid vers. 96. temporis est, vanum, breve, caducum est. Hic laborem quies, gaudium plerumque luctus terminat: omnia suo clauduntur fine. Vidi finem omnis consummationis. Pro Christo quidquid patimur, modicum, momentaneum est, & fine coronatur beatissimo: quod patimur pro mundo, initium in vita, incrementum in morte, consummationem habebit in iudicio: sicut latronum alter cruciatus avenales inchoavit in cruce: at iste crucis dolores, quas paucis horis finit, paradisi gaudiis mutavit. Non dabit in eternum fluctuationem iusto. Nullum Psal. 54. v. 23. est adiūcium tam firmum, quin tandem ruat; nec ullum est gaudium tam copiosum, quin demum desinat; sed nec ullus dolor aut luctus est tantus, quin tandem fi- niat. Deficiunt denique omnia, nec est sub sole quidquam, quod perennet: suis queque finibus arctantur. Latum mandatum tuum nimis. Præmium iustis promis- sum, supplicium improbis decretum immortalis sunt & æterni. Uti autem certò scimus ab eventu fuisse ve- Psal. 118. ra, quæ Prophetæ tot annorum centuriis, antequam vers. 9. prædicti, prædixerunt; ita certò sciamus omnia quæ Premium iustis promisum, supplicium improbis decretum immortali sunt & æterni. Ut autem certò scimus ab eventu fuisse ve- na. Suus omnem consummationem ſepeliet finis. Mille nobis cauſæ sunt ad futuram consummationem. Ævo Noëmi diluvio meritis nullum ſeculū prioribus diluvium, quo terrenatur, ſciverunt: nec Sodoma Gomorrhaeque cives simile incendium, quo extingue- rentur, timuerunt. Nobis haec omnia in oculis sunt, tot terum precedentium coniunctiones ſcinius, memini- nus, audivimus, vidimus, & tamen ab amore rerum caducarum abduci non possumus, ut consummationis futurae memores ſancta ſapientia. Dilucidissimè Chri- ſtus commonens. Sicut enim, ait, erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, nubentes & nuptiis tradentes, uſque ad eum diem, quo intravit Noë in arcem, & non cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes; ita erit & adveniens Filii hominis. Si architectus moneat: Videte, aedes ita male materiata, vitium faciunt, & ruinari minantur ſubito collapsa. Sibi jam imputent, si qui obterantur ruinā. Christus orbis architectus, ex alto crucis per- gmate monet: Cavete, dominus tuet, omnium vestrum imminent consummatio. Christus ipse perseveravit in cruce, ne ſuā tantum opus privaretur consummatione.

N. 2

Petri

Matt. 27. in speciem non leui tentantes, Si Rex Iudaus est, ajunt, de-
vers. 42. scendat nunc de cruce, & credimus ei. Alios salvos fecit, se sal-
Lue. cap. 23. vum faciat, si hic est Christus Deus electus. His Augustinus
vers. 35. Aug. 10. 10. cum priscis Patribus appositissimè respondens, Propter
form. 130. de hoc ipsum, inquit, non descendit de cruce, quoniam filius Dei
tempore, & est. Propter hoc enim venit, ut crucifigeretur pro nobis. Plus fe-
49. in ap- cit in cruce manendo, quem fecisset de cruce defendendo. Mul-
pendice, mi- tò enim magis fuit, lapide ad monumentum apposito mortuum
hi pag. 679. in ms. libris resurgere, quam de cruce virum descendere. In cruce ascen-
ascribitur Chrysostomo.

Perfidissimi Iudei perseverantiam Christi arguento

A ignoramus nobis dictum: Sine me nihil potestis facere. Abs. 10. que ipso vano est omnis actio. Ita qui capit in nobis opus veri, bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. Adspiciamus ergo affiduè in auctorem fidei & consummatorem JESVM.

II. Scriptura sunt implenda. Dixerat sui Christus ver. 1. è Zachariae vaticinio: Perutiam pastorem, & dispergentem Sciamores gregia. Dixerat super mensam in ipsa cena: Filius hominis placita minime radit, sicut scriptum est de illo. Dixerat in olivo: Quonodo implebuntur scriptura, quia sic oportet fieri. Omnia de fe vaticinia Christus ante oculos posita semper habebat, nec quidquam intermisit, dum expletis omnibus ver. 1. liceret dicere: Consummatum est. Nos pariter nosipos idemtide excitemus his ipsis vocibus: Scriptum est de te, scriptum est. Nam Deus de quovis hominum (ita liberum loquitur) ab omni eternitate arcanum scriptit libellum, Deum in quo vel ad extremum apicem perscriptum est, quid pro- quid haec tenus vel fecimus, vel passi sumus. Due sunt duas partes hujus libelli, promeritorum una, delictorum altera. Si quid jam obveniat perferendum, ipse sibi quis dicat: Scriptum est: quid tibi vis? Scriptum est. Quid dico? reuelatus? frustra est: scriptum est, quoniam sic oportet fieri. Calicem, quem dedit tibi Pater, non bibes? Tuas voluntatem divinæ, obsecro, subjunge, quoniam sic scriptum est. Quidquid ponatur nobis subenundum est, à voluntate divinâ est. Præmptè igitur velimus, quod vult Deus. Omnia, inquit Augustinus, ad divine providen- tie regimur referantur, que stulti quasi cau & tenere, & nulla divinâ admiratione fieri putant. Quæ Gregorius Mag- nus elegansissimè confirmans, Deus cum simus semper omnipotens, inquit, sic intendit omnibus, ut adhuc singulis; sic adhuc singulis, ut simul omnibus numquam defit. Sic itaque exteriora circumdat, ut interiora implet; sic interiora implet, ut exteriora circumdeat; sic somma regit, ut ima non deserat; sic immu- presens est, ut a superioribus non recedat; sic lateat in sua specie, ut tamen cognoscatur in operatione; sic cognoscitur in sua opera, ut tamen comprehendendi non valeat à cognoscendi aumen- tione; sic adhuc ut videri nequeat; sic videri non valat, ut tamen eius presentiam ipsa ejus iudicia testentur. Omnia, minima, maxima prævidit & præscivit Deus, hinc omnia ordinatissimè ac sapientissimè disponit & gubernat nostro bono.

Sed objicias, quod passim ubique solet objici: Si Objec- Deus velit, ut omnem peccatum patienter perferamus, cur morbo, cur hostibus, cur incendiis, &c. resistimus? Ajo primò: Quia nescimus, quousque progressura sit Dei voluntas. Fortassis voluit tantum incendi domum, non comburi; me unum dumtaxat alterumve diem ægrotare; hostem mœnibus imminere, ad portas per- venire, non urbe potiri. Addo: Cum resistimus, non voluntati divinae, sed aut nostra, aut aliorum culpe resistimus. Exemplo rem demonstramus. Est qui nimio poterit morbum accersit: cum iste pharmacum sumit, non Dei decretis, sed suæ intemperantiae resistit. Ita in bellis non Dei voluntati, quæ bella immittit, sed aliorum resistitur perversitati.

Hinc Epictetus sapienter prorsus ac pī, Semper, inquit, illud potius volo quod fit: melius enim id judico quod Deus diffidat, quād quod ego. Adhære illi, ut minister & pedissequus, cum illo desidero, cum illo expeto: deniq; quod ille vult, idem & ipse vult. Quid nos, ô Christiani, sentire ne est & dicere?

Tu igitur, mi homo, vade, patere, imò & morere, ut impleantur Scriptura quas Deus ab æterno de te, de me, de nobis omnibus scriptit. Aplice in auctorem fidis, & tibi consummatorem JESVM. Nec antea patiendi finem opt. quād dicere licet. Consummatum est.

S. V. Due preceptiones aliae.

III. Q uotidiana in agendo perseverantia est ne- cessaria. Hæc, quam diximus, Perseverantia est uero- tribus omnino modis coronat opus, agendo, patiendo, consummando. Agendo prima triumphat Perseverantia, dispa-

Ad Coloss. cap. 2. v. 14. Igitur delens, quod adversus nos erat, chirographum de- creti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Quapropter aquo, sed & grato limus animo, explicita est solutio, enumeratum premium,

Ad Hebr. cap. 12. v. 2. Consummatum est. Aspiciamus in auctorem fidei, & con- summatorem JESVM. Hic subinde præceptiones quinque apponimus.

Principiū Ònc à Deo ducendum, omnis finis omnis suis reducendum in Deum. Ego sum A & Ω, principium & finis dicit Dominus Deus, qui est, & qui venturus est, omnipotens. Omnum ferè gentium sensus est:

Ab Iove principiū Musa Iovis omnia plena. †

Deus & centrum nostrum, & peripheria * est. Nos sa- eolog. 3. ante ipsum The- crisia in Encomio Ptolemai Lagi 1. dyli. 17. * Circum- currens li- nea, circum- ferentia. Tertull. l. de corona mil- litū, cap. 3. fine, mibi pag. 342. pilissimè lineas curvas ducimus, & incassum aut etiam cum damno laboramus, quia nec à Deo incipimus, nec cum Deo finimus. A centro ad quacumque peripheriae partem linea recta ducitur. Res Euclidi certa, & per se nota. Ita incepere cum Deo & in Deo finire omnia, animi recti haud fallax argumentum est. Sanctissimi mi quique hoc legis instar religiosissimè observarunt, nihil unquam operæ vel laboris sibi lumpserunt, nullam auspicati actionem, quin divinam poscerent open. Quod Tertullianus de primæ Christianorum more assertens: Ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Quid hoc aliud, quād omnis actionis principium à Christo crucifixo petere? Ab hoc ordini, cum hoc finire omnia, imbecillitas nostra nos jubet. Nec

ria. O quanta grandi nonnumquam molimine incipimus, & non perficimus! diebus aliquor, vel hebdomadibus, vel etiam mensibus, quandoque annis cœpro insistimus, remittimus paullatim & difficultat cedimus, denique simul omnia cadunt; nec cepta pervenient ad consummationem. Voluntas hominis desultoria prols est levitatis. Revera Sardum illum Tigellum decoré agimus:

*Nil aquale homini fuit illi: sepe velut qui
Curribat fugient hostem: per sepe velut qui
Lunaria sacra ferri: habebat sepe ducentos,
Sepe deinceps servos*

*Tertius. I. de circuaria militia cap. 1.
Nulla hic consummatio, summa inconstans. Tales
creberrimè nos sumus. In pace leones, in prælio cervi, præ-
clarè inchoamus, male definitus. Statuimus facturos,
non facimus. Nimur longè aliud est dicere, aliud fa-
cere: magnum est chaos inter operis desiderium, &
opus. Quemadmodum verò dictum & factum sibi dis-
simillima sunt, qum illud facile, hoc arduum sit atq; dif-
ficile; sic actionis principium & finis inter se pluri-
mum distant, qum aur principio finis sepiissime desit, aut cer-
te diffinitis sit. Incipimus, & non finimus. Sunt qui
quidem grandia spirent, hoc autem solum possint dice-
re. Inchoatum est. Alii plusculum addunt, quos hoc
uno laudes, Laboratum est. Alii demum tripliè hoc en-
comio digni, Inchoatum, Laboratum, Consummatum
est. Ingenium Dei est. Consummare ac perficere. Dei*

*Deut. 6. 12. perfecta sunt opera, canit Moses. Quod vel idolatrias
notum. Qui contra Mardochæum, Amano consilia sug-
gererant, vii sagaces & cauti, Si de semine tuorum est*

*Ezher. 6. Mardochæus, inquit, ante quem cadere capisti, non poteris
ei resistere, sed cades in conspectu eius. Perinde si dicerent:*

*Si Deus illum coepit evchere, perficiet; frustra nos ob-
luctamur, Dei est cepta omnia perficere ac consum-*

*mate. Ad imitandum Sitacides hortatur: Esto firmus in
re Domini. Finis coronat opus. Quid seges lata & co-
piosa juvat, si ad maturitatem non perveniat, si subite*

*steratur grandine? Quid fertilissimæ prosunt vineæ, si
racemi degenerent ante vindemiam? Quid arborum*

*numerofissimi flores commendant, si ad ventum aut ne-
bulam omnes defluant? In ignem ferrum frustula mitti-
tur, si antequam ignes ex, igne rapiatur. Cursor in-
cassum curſu cerrat, si curſu medio subsistat. Quid pistor*

*panes in furnum mittit, si eos iterum extrahere nolit,
aut extrahat nondum excoctos? Quid luci pistor fa-
ciet, si tabulam nullam perficiat? Ita prols & nos præ-*

*clarè multa incipimus, vix patua finimus. Jure nos irri-
tare Angeli, dicuntque: Hic homo caput adfiscare, & non*

*potuit consummare. Aut ergo non incipe, aut fini & con-
summa. Ad triumphum non pertinet, qui triumphale*

*canticum illud canere necsierit: Consummatum est. Aspi-
ciamus igitur in auctorem fidei, & consummatorem Jesu M.*

*IV. Non minus in patientio necessaria est Perseveran-
tia, quam in agendo. Non raro incipimus pati cum*

*laude, sed ante finem finimus, & bonum principium
corrumptimus malo fine, promeritaque jam collecta*

*effundimus demum impatiens. Aperte pronuntiat
Christus: Nemo mittens manum suam ad avarum (crucis)*

*& respiens retro, apertus est regno Dei. Patientia opus perfectum
habet. Bernardus ad hanc perfetti operis consumma-*

*tionem nos extimulans, Neminem audiamus, inquit, non
carne & sanguine, non spiritu quilibet descensum à*

Patib. mali cruce suadentem. Perfistamus in cruce, moriamur in cruce: de-

ponamus atiorum manibus, non nostrâ levitate. Virtus in pace

acquiritur, in pressâ probatur, approbat in victoriâ. Sola

perseverantia meretur viris gloriâ, coronam virtutib.

*Absque perficie-
viciam, nec palam victor consequitur. Vigor vi-*

*torianâ nec
qui pugnat*

victoriam, mediatrix ad præmium; soror est patientia, constantia

filia, amica pacis, amicitiarum nodus, ut animitatis vin-

Tom. II.

A culum, propugnaculum sanctitaris. Tolle perseveran-
tiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium & or conse-
gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui coe-
perit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Matt. c. 20.

Saul cùm esset parvulus in oculis suis, Rex est super u. Y. 22.
Israël constitutus: non perseverans in humilitate, & re-
gnum amisit & virginem. Si cautela Samonis, si Salomo-
nis devotione perseverantiam retinuerit, nec ille profe- epist. 12. 9.

Etò privatus fuisset sapientia, nec iste viribus. Ah neuter med. mihi
cecinit, Consummatum est. Oranibus istis Sitacides gravi- pag. 175.

ter indignatus, V. e. inquit, his, qui perdiderunt sustinentiam. Eccl. cap. 2.
Heu quanti sustinentiam hanc perdididerunt! Ugarios vers. 16.

aliquandiu cum Christo pauperatis crucem sustinuit, Sustinen-
tiam perdi-
sed avaritiam vietus, & excusso jugo in præcepis abiit. Cui diderunt:
tamen commissum scelus condonari potuisset, nisi pœ- Judas Isca-

nitentiam tam celestam elegisset. Latronum alter in rictus, bonam fuerat deductus semitam, n. i. cum impatientia Latronum
transversum egisset ad inferos. Potuisset, sed noluit ca- alter,

B nere: Consummatum est. Licini imperatoris ævo Seba- Usus è
steti quadranguli milites sub folidissimo catulo, aut nu- 40. militi-
bus.

jubebantur, qui facere diis malent; omnes constan-
tissime cecinerunt, Consummatum est. Unicus è martyre
transfuga factus in proxima fæse balnea recepit. Potuisset
misericordia brevi patientia immortalem vitam obtinere,
si mortem non fugisset, sed infelix dum luctam con-
summare renuit, & vitam queret, vitam perdidit.

Quanti verò alii annis pluribus sustinentiam con- S. Augustine
stantissime retinuerunt! Tarso sis Paulus carmen illud, tiam reti-
Consummatum est, ingenti spiritu cantans, Bonum certa-
men, inquit, certavi, cursum consummari, fidem servavi; in inuerunt
Tarsensis.
reliquo reposita est mibi corona justitia. Paulus Thebæus
eremitarum prius, plus Decium quādum eremum
horruit. Quindecim annorum adolescens in solitudi-
nem profugit, ubi speluncam teat, una eadēmque ar-
bor palma & vestem & victum dedit. Hic vigilis, pre-
cibus, jejuniis Deo constantissime servit, & vitam ad
annum centefimum tertium extendit. Perseveravit in
cruce Paulus ultra centenos annos, demum hilaris can-
tavit, Consummatum est. Antonius Ægyptius domi sue Antonius
nobilis, annos octodecim natus, loca deserta petiit, & Ægyptius.
in iis ad annum centefimum quintum in summâ vitæ
inopia, inter horrendas demonum tentationes & pla-
gas permanxit. Qui & ipse latens demum cecinit, Con-
summatum est. Timotheus & Maura conjuges superatatis Timo-
thæus.
jam pluribus tormentis in cruce affixi sunt, in eaque theus, &
ipis novem diebus pependerunt vivi. Eo tempore tota
murus fæse horribilis ad fidei constantiam animauit.
Demum & ipsi latissimum hoc epiphonema cecine-
runt, Consummatum est. Optimè dixit Hieronymus: Non
guarantur in Christianis initia, sed finis. Sola usque in finem
perseverantia coronatur. Ut seruemus fidem, aspicia-
mus in auctorem fidei, & consummatorem Jesu.

D. §. V. I. Preceptio quinta.

V. Perseverantia denique necessaria est in consu-
matione, & Perseverantia denique necessaria est in con-
fessione. Hanc occulit Domini Joannes exigens, Esto fidelis,
inquit, usque ad mortem, & dabo tibi coronam vite. Inter
confessio-
nem & confessionem, & quandoque remedio nulli opportunitum. vitæ mala
Humanas miseras sunt quadam, quas carenatas dixerit
Apoc. cap. 2.
remibus perpetuis affigi, paupertate onerosâ, immedi-
tenter &
cabili premi, mortis aut cõtinuelli infanibilibus ja-
canti: Quidquid horum sit, exauriendus est usque ad fun-
dam.

Martial.

lib. 12. epigr.

epigr. 47.

Ad finem

de malum,

& quandoque

remedio nulli opportunitum.

vitæ mala

Hinc adnumeramus ad aternos carcera damnari, tri-

omnia pa-

remibus perpetuis affigi,

paupertate onerosâ,

immedi-

tenter &

cabili premi,

moris aut cõtinuelli infanibilibus ja-

canti: Quidquid horum sit, exauriendus est usque ad fun-

dam.

dum amarus calix, dum tandem licet dicere, *Consummatum est. Calice dedit nobis Pater, non bibemus illum?* Quidquid calamitatis uspiam aut crucis est, à Deo est. Quamcumque autem Deus imponat crucem, ferenda est. Neque verò tantum hoc onus portandum, sed pendendum & morientum in eo. Ultimus hic actus, posse dicere, *Consummatum est. E cruce in paradisum iter turum est.* Sed vita finem quisque nostrum audiens: *Consummatum est vita tua, completa est labor tuus, voluptas pariter & dolor finiunt.*

Quā perseverantia consummārunt tot teneræ virgines, puerique medio luxu nati, inter delicias educati, quos forma, opes, amicorum turba, spes honorum maxima ad vitæ licentiam trahebant? Et tamen inter malorum irritamenta, inter tot blandimenta fortuna sterterunt impavidi, nec cervices mundo flexerunt, steterunt opum, honorum, voluptatum contemporaves. Non defuerunt amicorum & parentum indignationes, minæ, contemptus, spoliations, vincula, verbera, mors ipsa: steterunt intericti, inter crudeles carnificum manus, inter forcipes & candentes laminas, inter immittit flagra, belluarum dentes & ungulas, fornaces igneas, sterterunt rideptibus ac modularibus similes. Illis dulce fuit & pati pro Christo, & mori.

Quid nos torpidi, quid simile conanur? Quia animos erigimus, & amorem nostrum in Christum crucifixum non verbis, sed factis, & insigni constantiā testamur?

Quantum erit illorum gaudium, qui tam brevi cursu feliciter consummato, coronâ se cingi sentient immortali & æternâ? quantum illorum, qui pro fugacissimorum rerum neglectu præmia sibi viderint parata, nullis seculis desitura; pro contemptu opum, omnis æternitas divitias; pro dubiis & fugitivis honoribus, celeste regnum non moritur honoribus perpetuum?

Felices ac beatissimis animæ, quæ in fine vita poterunt cum divino Paulo cantare: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae;* aut cum Christo suo: *CONSUMMATUM EST.* Transiit labor, effugerunt molestiae, dilapsa pericula, advernum nulla memoria, nihil macrorum superest, fiscata lacrymæ, præteriorum sudorum & dannorum nullus sensus, detersa lamenta omnia, in manu sunt regna numquam eripienda.

In felices nimium animæ, quæ pro securis fallacia, pro solidis vacillantia, pro plenis inania, pro profuturis noctitura, pro vieturis mortitura, pro æternis momentanea elegerunt, quæ ut suas sibi voluptates, commoda, delicias, honores tuerentur, neglexerunt facili, ut putabant, dispendio æternæ; quarum omne studium, sollicitudo, cura, cogitationes, labor & sudor omnis in perpetuaria ibat. His veniet inexspectata mors finem caduec bonis omnibus allatura. Clamabunt & hi miseri, *Consummatum est, sed sensu animo que planè alio; nec priorum more, sed dolore pleni ob tam celerem & impropositam return hic amatuarum consummationem;* pleni in mortore ob honorum, deliciarum, opum, quas vix gustaverunt, tam lacrymabilem fugam. Jamque frustra ingeminarí preces, frustra lamenta, frustra prætendi nobilitatem, eruditio nem, etatem, famam, vires, formam; frustra divitias, dignitates, regna, purpuram, sceptram, frustra favores Principum, cognatorum turbam, amicorum potentiam, jam frustra esse omnia. *CONSUMMATUM EST.* Nunc igitur, quisquis es, in auctore fidei, & Consummatorem JESVM apice. Ut vivas, vince. Delideras transiit & cruce in paradisum? In cruce consumma-

Reprobi
dolore
pleni cla-
mabunt,
*Consum-
matum est.*

C A P V T VII.

*Septima Christi morientis cygnea modula-
tio: Pater in manus tuas commen-
do spiritum meum.*

H Ebræus dux Gedeon trecentos milites suos, quos divino iussu selegerat, eo impetu immisit in hostem, ut Medianitarum omnes copias fugarint fuderintque. Turma hujus armatura, gladius, vacua lagenæ lampas inclusa, clamor unanimitis & tuba. Ita Gedeon, quod liber Judicum testatur, divisit trecentos viros in tres *partes,* & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos: *Quod me videtur facere, hoc facite, ingrediar partem castrorum, & quod fecero, secutimi.*

Dominus JESVS Dux noster, Gedeon verissimus, humanae gentis index desideratissimus, suâ morte Hiericho muros subruit, avernales exercitus omnes debelavit, non ferro, sed ligno. Jamque aeturus animam, clamans voce magnâ, *Pater, ait, in manus tuas commendō spiritum meum.* Hæc Domini fuit suprema in cruce ota. Nam, quod Lucas addit, *Et hac dicens expiravit.* Hoc noster ororis funebre, sed suave carmen, quâ cespimus methodo explanabimus.

S. I. Voces singula breviter expresse.

I **L**le ipse, quem dixi, Gedeon noster calo descendit, Christus non pacem sed gladium missurus, adolescenti prodigo ex parte non absimilis. 1. *Dissipavit omnem substan-
tiam suam:* si quidem amore nostri amicos, vestes, fa-
mam, lacrymas, sudorem, sanguinem, vires, vitam, ani-
mam, bona omnia amisit. 2. *Cum Judæis, Publicanis, refi-
Pharisæis, hominibus improbissimis humaniter vixit:* non enim venga vocare justos, sed peccatores. 3. *Cum an-
num ageret duodecimum, triduo lugebatur ut perdi-
tus, deinde in templo repertus. Iterum sub mortis tem-
pus triduo amissus, in inferis, Patrum limbo invenie-
dus. Si descendero in infernum, ades. Nos ipsos suavitè sub-
inde ite perdamus, ut perdi non possimus; abdamus
nos templo, hoc est, calo aut orco. Cælum numinis
templum: *Dominus in templo sancto suo.* Æquè conducit, tarraro quandoque se abdere. Consilium est Psalter: *Defendant in infernum viventes, ne scilicet descendamus.* 4. *Ingemicens prodigos, Quantu, ait, mer-
cenarii in domo patri mei abundant panibus, ego autem hi-
fame pereo:* In cruce Christus dixerit: *Quot Angeli in
domo Patri mei abundant omni voluptate, ego au-
tem hic fame sitiique morior!* 5. *Ibo igitur ad Patrem, &
dicam ei: Pater, in manus tuas commendō spiritum meum.**

Hæc ultima morientis verba, verè acutis in pectore Matris fuerunt gladius, qui & piorum animos transfiguravit. Cum rebellem filium Absalonem fugeret David pater, hac ipsa verba pronuntiavit: *In manus tuas cum in-
mendo spiritum meum.* Non incredibile, quod aliqui centent, à dicto illo, *Consummatum est.* Christum Psalmotis gestivo inchoato pervenisse ad illa usque verba: *In ma-
nus tuas commendō spiritum meum.* Nos voces singulas fut-
tim expendamus.

I. **PATER.** Primum hoc & prope ultimum in cuius verbum fuit. *Pater, dimitté: Pater commando. Affectus hinc ingens, summa fiducia, Ira in adversis omnibus, & in ipso mortis accessu suclamandum ad Deum: Tibi me, Pater, tibi spiritum meum meaque commendo. Tuam, Pater, gloriam quæsivi, non meam, ex tua volun-
tate, non mea, feci omnia. Nec acerbissima mortis obedienciam me avellit; in hac moriat. Tempus est, ut revertar ad te, qui in hunc orbem misisti me.*

II. **IN MANVS. T. V. A. S.** *Illas cæli terraque acce-
sum*